

archiepiscopus — — clementię nostrę serenitatem adiit supplicando, quatenus eidem ecclesię comitatum Bernhardi comitis daremus in proprium. Unde ad promerenda patrię celestis gaudia et ad prolonganda sub divina semper defensione nostrę temporalis vitę curricula et ad explendam nostrorum petitionem fidelium videlicet dilecti magistri nostri Annonis<sup>b)</sup> archiepiscopi Coloniensis, Sigifridi<sup>c)</sup> archiepiscopi Mogontini, 5 Bvrchardi<sup>d)</sup> Halverstedensis, Gvntharii<sup>e)</sup> Bavenbergensis, Adalberonis<sup>f)</sup> Uuirziburgensis episcoporum, Ottonis<sup>g)</sup> ducis, Bertoldi<sup>h)</sup> ducis, Ottonis<sup>g)</sup> marchionis, Fritherici<sup>i)</sup> comitis palatini, Ekkiberti<sup>k)</sup> comitis consentire decernentes, remunerantes quoque predicti<sup>l)</sup> archiepiscopi iuge servicium, quod patri nostro et nobis incessabili devotione exhibuit, eundem comitis prenominati<sup>l)</sup> comitatum in pagis Emisga, Vuestfala et Angeri situm cum uni- 10 versis appenditiis eiusdem comitis beneficia respicientibus — — sanctę Hammaburgensi ecclesię — — in proprium tradidimus atque donavimus. — —

:Signum domni Heinrici quarti regis.:

:Frithericus cancellarius vice Sigifridi archicancellarii (M.) recognovi. (SJD.)

Data est .VIII. kal. novembris<sup>m)</sup> anno dominicę incarnationis .M. LX. II., indictione II., 15 anno autem ordinationis domni Heinrici<sup>n)</sup> quarti regis .VIII., regni vero .VI.; actum Radisbone<sup>o)</sup>; in dei nomine feliciter amen<sup>p)</sup>.

## 123.

*König Heinrich IV. schenkt dem Erzbisthum Hamburg auf Vermittelung des Markgrafen Otto die Grafschaft des Markgrafen Udo in Engern.*

**Regensburg, 106[3] Okt. 24.** 20

*Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Hannover.*

*Gedr.: Lappenberg, Hamburg. Urkundenbuch 1,88. Stumpf 2632.*

*Ann.: Vergl. Einl. 80 Ann. 85. S. A. 150 Ann. 85.*

(C.) :In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis. Heinricus divina favente clementia rex. — — notum esse volumus, qualiter domnus Adalbertvs<sup>a)</sup> sanctę Hammaburgensis 25 ecclesię archiepiscopus — — clementię nostrę serenitatem adiit supplicando, quatenus eidem ecclesię — — comitatum Vdonis<sup>b)</sup> marchionis, quem pater suus habebat, antequam marcam acciperet, daremus in proprium. Unde ad promerenda celestis patrię gaudia et ad prolonganda sub divina semper defensione nostrę temporalis vitę curricula et explendam nostrorum petitionem fidelium videlicet dilecti magistri nostri Annonis<sup>c)</sup> 30 archiepiscopi Coloniensis, Sigifridi<sup>d)</sup> archiepiscopi Mogontini, Bvrchardi<sup>e)</sup> Halverstedensis, Gvntharii<sup>f)</sup> Bavenbergensis, Adalberonis<sup>g)</sup> Uuirziburgensis episcoporum, Ottonis<sup>h)</sup> Baivariorum ducis, Bertoldi<sup>i)</sup> ducis, Ottonis<sup>h)</sup> marchionis, Fritherici<sup>k)</sup> comitis palatini, Ekkiberti<sup>l)</sup> comitis decernentes consentire, remunerantes quoque predicti<sup>m)</sup> archiepiscopi iuge

122. b) ANNONIS. c) SIGIFRIDI. d) BVRCHARDI. e) GVTHARII. f) ADALBERONIS. g) OTTONIS. 35  
h) BERTOLDI. i) FRITHERICI. k) EKKIBERTI. l) p. m) kl NOVEMBRIS. n) HEINRICI.

S  
o) RADIBONE. p) AMEN.

123. a) ADALBERTVS. b) VDONIS. c) ANNONIS. d) SIGIFIDI. e) BVRCHARDI. f) GVNTHARII.  
g) ADALBERONIS. h) OTTONIS. i) BERTOLDI. k) FRITHERICI. l) EKKIBERTI. m) p.